

III. Item GREGORIUS VII. [fortè an. 1078. Roma.]

De eodem.

Peruenit ad nos fama sinistra, quod quidam Episcoporum non Sacerdotibus proprie diœcesis, decimas, atque Christianorum oblationes conferant; sed potius Laicis Personis, militum videlicet, tunc fervitorum, vel quod gravius est) etiam consanguineis. Unde si quis amodo Episcopus inventus fuerit hujus Divini præcepti transgressor; inter maximos Hæreticos, & Antichristos non minus habeatur. Et sicut Nicæna Synodus de Simoniacis censuit, & qui dat Episcopus, & qui recipiunt ab eo Lalci, siue pretio, siue beneficio, aeterni incendii ignibus deputentur.

Corr. Rom. In vulgaris codicibus huic Capiti erat præpositum nomen Palæa: sed habetur in omnibus manuscriptorum. Refertur autem planè eisdem verbis, l. q. 3. peruenit; & de eo sibi notatum est. In Polycarpo positum est longe opotius, & citatur ex Concilio Africano.

IV. Item AMBROSIIUS in Sermone Quadragesimæ, cujus initium, Ecce nunc tempus, [c. an. 380. Mediolani.]

Fideliter decimas dat, qui omnium suorum decimas subicit. Quicumque recognoverit in se, quod fideliter non dedit decimas suas; modo emendet, quod minus fecit. Quid est fideliter decimas dare? nisi ut nec pejus, nec minus aliquando Deo offerat, aut de grano suo, aut de vino suo, aut de fructibus arborum, aut de pecoribus, aut de hortis, aut de negotiis, aut de ipsa venatione sua.

Corr. Rom. In Sermonibus sepe citatis, qui B. Ambrosio inscripti in Bibliotheca Vaticana, & Monasterii Mediolanensis servantur, Serm. 1. de Quadragesima, habetur hoc Capitulum.

V. Item ex CONCILIO ROTOMAGENSIS. [fortè an. 1118. in Gallia.]

Excommunicantur, qui Sacerdotibus decimas dare nolunt. Omnes decime terciae sive de frugibus, sive de pomis arborum, Domini sunt; & illi sanctificantur boves, & oves, & caprae, que sub pastoris virga transeunt: quidquid decimam venerit, sanctificabitur Domino. Non eligatur nec bonus, nec malus, nec altero commutabitur. Si quis mutaverit, & quod mutatum est, & pro quo mutatum est, sanctificabitur Domino, & non redimetur. Sed quia modo multi inveniuntur decimas dare nolentes; ita utimus, ut secundum Domini nostri præceptum admonerentur semel, & secundo, & tertio. Qui si non emendaverint; anathematis vinculo feriantur usque ad satisfactonem, & emendationem congruam.

Corr. Rom. Hic etiam autoritate veterum codicum inductum est nomen Palæa. Bover. Hæc usque ad verba. Sed quia, in aliquot vestitis codicibus non habentur. Sunt tamen etiam apud ceteros Collectores.

VI. Item ex CONCILIO MOGUNTINENSIS. [fortè an. 852. in Germania.]

Veterum exemplo decima solvantur. Decimas Deo, & Sacerdotibus Dei dandas, Abraham factis, & Jacob promissis insinuat; deinde Lex statuit, & omnes sancti Doctores commemorant.

Non autem decimæ sunt redimendæ à populo, si aliter dare eas noluerint. Unde legitur

VII. IN EODEM CONCILIO. [imò in Capitul. lib. 5. c. 46. an. 829. in Germania.]

Decimæ non sunt à populo redimendæ. Decimas, quas opus darè non vult, nisi quolibet munere ab eo redimantur; ab Episcopis prohibendum est, ne fiat.

Corr. Rom. Burchardus, & Ivo citant ex Concilio Mediomatris. Habetur in Capitularibus, lib. 5. c. 46. & in Legibus Longobardicis lib. 3. tit. de decimis. PITH. Decimas.] Constit. Karoli M. 91.

VIII. Item AUGUSTINUS lib. L. Homiliarum, homil. 48. [c. an. 405. in Africa.]

Quia decime Deo non redduntur, indictio Fiscis accessit. Majores nostri ideo copius omnibus abundabant, quia Deo decimas dabant, & Cæsari censum reddebant. Modò autem, quia discessit devotio Dei; accessit indictio Fiscis. Nolimus partiri cum Deo decimas: modò autem totum tollitur. Hoc tollit Fiscus, quod non accipit Christus.

IX. Item ORIGENES homil. 15. ad c. 21. Matthæi. [fortè c. an. 217. in Ægypto.]

Columbas vendit, qui Ecclesiam indisciplinatis commisit. Et hoc diximus secundum simplicem intellectum. Juxta moralem autem talia dicemus; & primùm quidem de templo, de quo per Prophetam dixit Deus: Dominus meus, domus orationis vocabitur. Ergo secundum corporalem cir-

Suprà l. 2. 3. peruenit. Polyc. l. 3. tit. 11.

al. recognovit.

h. Leo. 27. Burch. l. 3. c. 130. Ivo. p. 3. c. 196. Pann. l. 2. c. 58.

omnium de cimam hōnis, & ovis. al. & quod mutat. & quod mutat. & quod mutat. & quod mutat.

Burch. l. 3. c. 133. Ivo. p. 3. c. 199. Pann. l. 2. c. 60. GRATIAN.

l. 5. Capitul. c. 46. & in Leg. Longobard. lib. 3. tit. de decimis. Burch. l. 3. c. 134. Ivo. p. 3. c. 200. Pann. l. 2. c. 62.

l. 56. Matth. 21.

De manu Laici Episcopatus, vel Abbatia suscipi non debet.

Ansel. l. 6. c. 73. Deinde dicit p. 1. Si quis ainceps Episcopatum, vel Abbatiam de manu alicujus Laice personæ susceperit; nullatenus inter Episcopos vel Abbates habeatur: nec ulla ei, ut Episcopo, seu Abbati, audientia concedatur. Insuper ei, & gratiam Beati Petri, & introitu Ecclesie interdicimus; quousque locum, quem sub crimine a tam ambitionis, quam inobediencie (quod est scelus idololatriæ) cepit, respiciendo non deserit. Similiter etiam de inferioribus Ecclesiasticis dignitatibus constituitur. Item c. 2. §. 1. Si quis Imperatorum, Regum, Ducum, Marchionum, Comitum, vel quilibet secularium Potestatum, aut personarum investituram Episcopatum, vel alicujus Ecclesiasticæ dignitatis dare præsumperit; ejusdem sententia vinculo se esse sciat obstrictum.

Corr. Rom. a Sub crimine. Antea legebatur, sub crimine tam inobediencie, quam ambitionis, ex qua scelus idololatriæ caput. Emendatum est ex Concilio ipso, & Anselmo. Et est locutio valde familiaris Gregorio septimo ex primo Reg. c. 15. PITH. Si quis.] Hotoman. de Feud. p. 41.

XIII. IDEM ibidem, c. 3. [an. 1078: Roma.]

Excommunicatio subiacet, nec investitura sumat fructum, qui de manu Laici Ecclesiam susceperit.

Polyc. l. 2. Quoniam investituræ Ecclesiarum contra statuta sanctorum Patrum a Laicis personis in multis partibus cognovimus fieri, & ex eo plurimas perturbationes in Ecclesia (imò ruinam sanctæ Religionis) oriri, ex quibus Christiana religio concutitur; decernimus ut nullus Clericorum investituram Episcopatus, vel Abbatie, vel Ecclesie de manu Imperatoris, vel Regis, vel alicujus Laice personæ, viri, vel feminæ suscipiat. Quod si præsumperit; recognoscatur investituram illam Apostolica autoritate irritam esse, & se usque ad condignam satisfactionem excommunicationi subiacere.

PITH. Quoniam.] Vide Bennonem Cardinal. & Platnam, in Gregorio VII. & Sigebert. an. 1111.

XIV. Item ex CANONE Apostolorum 31. [c. an. 281. in Syria.]

De eodem. Si quis Episcopus secularibus Potestatibus usus, Ecclesiam per ipsos obtineat; deponatur & segregetur, omnèque, qui illi communicant.

Corr. Rom. De hoc Canone notatum est supra dist. 63. c. omnis electio in verb. segregetur. PITH. Segregetur, omnèque qui.] V. C. Segregentur omnes, & quæ.

XV. Item ex CHRONICO Anasastii Bibliothecarii. [c. an. 867. Roma.]

De eodem. Anè Thessalonicensi Episcopo communicante ob metum Imperatoris Anasastii Timotheo Constantinopolitano Episcopo, quem Concilium Chalcedonense anathematizaverat, quadraginta Episcopi Illyrici, & Græci convenientes in unum pro professionem in scriptis factam, ut a proprio Metropolitano, discesserunt ab eo, & Romanos mitentes, Romano communicare in scriptis professi sunt. Et paulo post, §. 1. Cùm Dioscorus a (junior) manus impositionem accepisset; recesserunt multitudines populorum dicentes, quia nisi secundum quod sanctorum continent Apostolorum Canones fiat, non recipietur Episcopus. Principes enim inthronizaverant eum.

Dist. 63. omnis electio. Deinde dicit p. 1. Burch. l. 3. c. 109. Ivo. p. 3. c. 85. & p. 5. c. 119.

h. qui orig. Denaldit. p. 1. al. ruffico. rum. orig.

Can. Apost. 31.

XVI. Item PASCHALIS Papa II. [fortè an. 1107. in Gallia.]

Excommunicatur, qui per Laicos Ecclesias obtinet. Si quis Clericus, Abbas, vel Monachus per Laicos Ecclesias obtineat; secundum sanctorum Apostolorum Canones, & Antiocheni Concilii capitulum, excommunicationi subiacet. Corr. Rom. Capitis hujus, & sequentis sensus est in fragmento manuscripto Concilii apud Guardastallum à Paschali habito anno Domini 1116. quod in Bibliotheca Vaticana servatur. Nucleus etiam Gen. 36. narrat Paschalem apud Treas Concilium habuisse: ubi inter multa sententiam de libera Pastorum electione, & de coerenda Laicorum in Ecclesiasticis dignitatibus præsumptione, juxta Prædecessorum suorum decreta promulgavit.

l. 2. Reges. c. 1. & 2. ruffico. an. 1080. Roma.

Antiocheni.] In Concilio Antiocheno nihil expressè statutum contra eos, qui per Laicos obtinent Ecclesiasticas dignitates. Verùm c. 23. præcipitur, ut in Episcopo eligendo servetur jus Ecclesiasticum: nempe ut non eligatur Episcopus, nisi cum Synodo, & judicio Episcoporum: quibus verbis Laici videntur excludi. In Synodo autem Nicæna secunda, c. 3. repetitur, & confirmatur Canon Apostolorum.

XVII. IDEM. [fortè an. 1107. ibid.]

Qui per Laicos Ecclesias obtinet, & qui manus imponit, communione privetur. Constituciones sanctorum Canonum sequentes statuimus, ut quicumque Clericorum ab hac hora in antea investituram Ecclesie, vel Ecclesiasticæ dignitatis de manu Laici acceperit; & ipse, & qui ei manus imposuerit, gradus sui periculo subiacet, & communione privetur. PITH. Constitutiones.] Otto Frising. lib. 7. cap. 14. Martinus Polonus, in Paschali.

XVIII. IDEM. [fortè an. 1107. ibid.]

De eodem. Nullus Laicorum Ecclesias, vel Ecclesiarum bona occupet, vel disponat. Qui verò fecerit egerit; juxta Beati Alexandri & Capitulum ab Ecclesia liminibus ardeat. Corr. Rom. a Alexandri.] In Epistolis Alexandri Papæ I. nihil legitur, quod ad hanc rem pertineat. Verum in Epistola Alexandri II. in qua Synodum à se habitam repetit, (quæ Epistola ex vetusto codice descripta, Romam ex Hispania missa est) hæc inter alia habetur: Decime, & primitiæ, seu vicorum, & mortuorum, oblationes Ecclesie Dei fideliter reddantur à Laicis: & ut in dispositione Episcoporum sint: quis qui remiserunt, a sanctæ Ecclesie communione separentur, quod ferè est idem cum c. præcipimus, supra ead. q. 2. ex Nicolao II.

XIX. IDEM. [fortè an. 1107. ibid.]

De eodem. Sicut Domini vestimentum scissum non est, sed de eo fortissimi sunt; ita nec Ecclesia scindi debet: quia in unitate tota consistit. In potestate ergo proprii Episcopi Ecclesie reducatur: & ab ipso (sicut factis Canonibus cautum est) ordinetur. Alioquin & Ecclesie ipsæ, & Clerici earumdem Divinis destituantur officiis.

XX. Item ALEXANDRI Papæ II. [an. 1063. Roma.]

Nullus Clericus per Laicos Ecclesias obtineat. Per Laicos nullo modo quilibet Clericus, vel Presbyter obtineat Ecclesiam nec gratis, nec pretio. Nullus habitum Monachi suscipiat, spem, aut promissionem habens, ut Abbas fiat. Nullus Presbyter duas habeat Ecclesias. Habetur in eadem Epistola Alexandri II. paulo superius in c. nullus Laicorum, citata. Nam statim post verb. separantur, sequitur, & ut per Laicos, &c. PITH. Per, &c.] Nicolaus II. to. 3. Concil. p. 590.

XXI. Item ex CONCILIO CALCHEDONENSIS, c. 26. [an. 451. in Bithynia.]

Singuli Episcopi suos habeant Oeconomos. Quoniam in quibusdam Ecclesiis, ut rumore comperimus, præter Oeconomos Episcopi facultates Ecclesiasticas tractant; placuit omnem Ecclesiam habentem Episcopum, habere Oeconomum de Clero proprio, qui dispenset res Ecclesiasticas secundum sententiam proprii Episcopi: ita ut Ecclesie dispensatio præter testimonium a non sit: & ex hoc dispergantur Ecclesiasticæ facultates, & Sacerdotio maledictionis derogatio procuretur. Quod si hoc minime fecerit, Divinis constitutionibus subiacet. Corr. Rom. a Testimonium.] In vulgaris sequetur, Episcopi, quæ vox inducta est autoritate manu scriptorum, & originalis ex versione Dionysii, quæ concordat cum præca, & Græcis verbis. Alia etiam nonnulla sunt emendata.

Maledictionis.] Græcè est, ai xai dokeias ti legomen perrethei. Quod in præca versione est, & Sacerdotals dignitati obtrectatio generetur. PITH. Episcopi.] Absit in omnibus.

XXII. Item ex CONCILIO HISPALENSIS II. cui interfuit Isidorus; c. 9. [an. 619. in Hispania.]

Laici non sunt constituendi Oeconomi, sed ex proprio Clero eligendi. Nonna actio didicimus quosdam ex nostro Collegio contra mores Ecclesiasticos, Laicos habere in rebus Divinis constitutos Oeconomos. Proinde pariter tractantes eligimus, ut unusquisque nostrum secundum Chalcedonensium Patrum M m iij

Burch. l. 2. c. 89. Ivo. p. 5. c. 198.